filius dī descendat ad terras / ut pacificar& p sanguinem non solum
quae in terra sunt / sed & quae in caelis sunt / & terrena caelestibus
sociar&; pro pace loquitur / pro qua filius dī passus est propter quā
crucifixus est & sepultus / quam nobis pro omni hereditatis censu
reliquit / & uelut murum ecclesiae dedit quam scutum aduersum
diabulum posuit / quam gladium aduersum daemones dedit quā
portum tranquillissimum fidelibus conlocauit / quam repropi
tiationem ad dm̄ dedit quam delictorum absolutionem concessit
pro hoc ergo legatus ad uos missus sum; Nolite mihi incitare pudo
rem / Nolite legationem meam foedare / adquiescite mihi quae
so uos; multa dudum tristitia gesta sunt in ecclesia dī confiteor
sed non laudo perturbationes & seditiones non amplector /
sed omittamus iam haec; desinete conquiescite / quibete
animos / refrenate iracundiam; sufficit iam quod laborauit
ecclesia finis sit; desinat turbatio; hoc enim & dum placitum
& piissimo principi acceptum est / oportet enim & regib; oboedi
re maxime cum & ipsi obtemperent ecclesiasticis legibus; dicit
enim apostolus principibus & potestatibus subditi estote; quan
to magis relegioso principi & pro ecclesia laboranti; Si ergo prae
parati animos uestros ad suscipiendum legationem meam / reci
pite fratrem nostrum seuerianum epm̄ habeo gratiam quod ser
monem meum laudibus prosecuti estis; dedistis mihi fructus oboe
dientiae / Nunc me semen bonum gratulor seminasse; ecce enim
statim frumenti manipulos colligam / retribuat uobis dn̄s prae
mium benignitatis / & oboedientiae mercedem; Nunc enim uere
ostiam pacis obtulistis dō / quia nemo turbatus est audito nomine /
sed cum caritate suscepistis simul; ut sermone locuti sumus / omne
ex animo fugastis iracundiam; suscipite ergo eum pleno pectore /
apertis manibus / si quid triste gestum est omittite; quia ubi tempus
pacis & recordatio dissensionis nulla est; ut sit gaudium in caelo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0216